

XVII
F-321

BREVE DE N. SANTISSIMO
Padre Alexandro VII. a la Serenissi-
ma Republica de Venecia, en el tra-
tado de la restitucion de la Religion
de la Compania de IESVS,
a la Ciudad, y dominio
Veneciano.

Alexander Papa VII.

Dilecti filij, Nobiles viri salutem, & Apostolicam bene-
dictionem. Ingenti eximioque gaudio cor nostrum, ac men-
tem Nobilitates Vestra compleverunt. ijs literis, quibus
receptos a vobis in Nobilissimam urbem istam vestramq;
omnem ditionem Societ. IESV Religiosos viros, significatis. Rem
enim summis maximisque difficultatibus hactenus impeditam, ac frus-
tra alias tentatam, tam libenter tanta cum filialis animi declaratione,
nostre causae, tandem dante, exat rogatu vos fecisse, intelleximus; et
merito vberissima ea letitia fuerit, quam ex devotione vestra percepi-
mus, ac pro qua in amantissimi patris spiritu, ac dilectione complexi
vos sumus; nec unquam tantam erga Nos benevolentiam, tam para-
eam voluntatem ex intimo nostro sinu, ac visceribus excidere passuri
sumus: nam cum insignem in praesenti fructum retulimus singulari ves-
tra observantia, ac pietate perspecta, tum gratiorem longe in posterum
capiemus ex veilitate, ac profectu, quem amplissimum isdem Religio-
si viri vobis afferent, illi enim de boni, ac fideles Christi servi, vestra
benignitate adiuvante, Domini, utem incrementum praebente, non de-
generis a radice in qua plantati, ac fundati sunt, fructus dabunt, tum
novo praesidio, ac veluti muro circumventi florentissimam istam vir-
bem, iuventutem in literis, Dei que timor, studiando, divinae gloriae
rogo corde inserviendo, atque orationibus insistendo, in quibus vestri
beneficij memoriam crebro facient, confugientque ad Deum in tempore
opportuno, hoc scilicet tempore, quo Dominus in furore, atque ira nos
A arguit.

arguit, quo tanta, ac tam acerba sunt Christiane Reipublice calamitates, atque undique insurgunt impugnantes Nos filij tenebrarum, ac inimici Crucis Christi, cum quorum superbissimis, ac potentissimis, quoniam precipue vobis res est, non modo precibus, atque orationibus ad Dominum exercituum sine intermissione clamabimus, ut exaltetur dextera eius in gentibus, quae nun invocant nomen ipsius, sed etiam nostris met viribus quantum licebit per tantas tribulationes, quae invenerunt nos nimis, res vestras, causamque libentissime suscipimus. Exigit hoc à nobis pietas ipsa, de qua agitur, exigit eximia observantia vestra erga hanc sanctam Sedem, cuius Maestatem in humilitate nostra venerantur, id denique flagitat paternus amor, quem iure peculiariter tam parata filialis animi voluntate promeremini, & quæ Christi glorio in dies magis vobis cupimus adhaerescere. Venerabilis frater Carolus Episcopus Aversanus, noster Apostolicus Nuncius, qui literas vestras uberrime suis est prosecutus, idem etiam has nostras disertius suis verbis complectetur. Deus laetitiam istam Rempublicam, sapientissimamque Senatuum verae Religionis bono, & nominis Christiani gloria in columnam servet, ac Nobilitatibus vestris Apostolicam benedictionem peramanter imperetur. Datum Roma, apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die 27. Ianuarij 1657. Pontificatus nostri anno Secundo.

Natalis Romanimus,